Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Aurem inclinaturum se promisit xpc. ut cognosceret si predicationem eius populus deo tus impleret. In parabolam. parabola est rei uere imitatio. et e sensus. ut quod nobis ad exemplum datum est. prompta uoluntate dno prestante faciam.

Aperire se dixit in psalterio propositionem. id declaraturu pcepta diuinitus inscriptae p pri corporis ut probaret docere uerbo et exemplo.

Qui confidunt in uirtute sua. illi labuntur in calcaneo. et in multitudine diuitiarum suarum. necesse est ut tales timeant finem. qui deserere mundana nolunt.

Et pretium redemptionis. sub auditur non dedit. quia non fecit e elemosinam per quam peccatu delentur. Laborauit in tormentis positus. et uiuet. quia non interficitur. sed semper reparatur ad poenam.

sapientiam • & meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam • aperiam in psalterio propositionem meam.

Cur timebo in die mala • iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in uirtute sua • & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Frater non redemit redimet homo • non dabit do placationem suam.

Et pretium redemptionis animae suae • & laborabit in aeternum & uiuet adhuc in finem.

Non uidebit interitum • cum uiderit sapientes morientes.

Cur timebo sub interrogatione pronuntiandum. id est quare formidolosa cogitatione confundar. in die mala. in die scilicet passionis. quae mala iudaeis. bona fidelibus fuit. Ille enim debet timere finem uitae qui peccatorum recordatione mordetur. Xpc autem mortem timere non poterat quia non peccabat. et quem non circumdabat iniquitas. Calnei quemadmodum solet contingi peccatori in fine uitae peccasse.

Frater non redemit. id est moyses. Redimet homo. hoc est xpc redimet quos moyses non redemit. ille non dabit do placationem. qui non agit paenitentiam perquam placatur ds.

Non uidebit interitum. hoc e non intellegit imminere sibi poenam. cum uiderit sapientem ab hoc mundo migrare. dicit. quid huic ieunia quid elemosinae profuerunt. nonne mortuus e. Talem quidem sententiam. redemptori nro iudei insultantes dicebant. num quid tu maior es patri nro abra